

non ſolum aduocatio in Fiſci cauſis, ſed etiam ſuperius aliud patrocinium; ſimiliter agere po- teſt, & ita non mouere ſitem in priuati præiu- dicium.

*Aſſerſio 3.*  
*poſſe etiam*  
*illam ini-*  
*tere.*

165 Dico tertio. Etiamſi non teneatur Fiſcalis in cauſa dicto, poteſt tamen intentare li- tem. Id ex eo probo: nam licet ipſe iudicet juſ Fiſci minus eſſe probabile, exiſtimare tamen po- teſt, iudicibus cauſæ aliter videri poſſe, & illud iudicatos probabilius, aut æquè probabile, & rationes habituros, propter quas expediens ſit in fauorem Fiſci iudicare. Si dicas, ex hoc inferri non ſolum poſſe, ſed etiam teneri, contra id, quod nuper diximus. Reſpondebo: probabile quidem eſſe eum obligari: nego tamen abſolutè teneri; quia etiam poteſt verosimiliter iudicare non eſſe Regis voluntatem, vt cum tanto rigore in rebus iſtis procedatur: cum contingere etiam ſoleat iudices ob humanum timorem in fauorem Fiſci iudicium ferre, etiamſi illius ius minus fun- datum ſit, quod & timere Fiſcalis poteſt, cum id non ſit Regiæ voluntati conforme, iuxta dicta *Aſſerſione precedenti.*

*Aſſerſio 4.*  
*teneri, cum*  
*opinio com-*  
*munis &*  
*praxi rece-*  
*pta eſt, etiã*  
*contra a pro-*  
*priam.*

166 Dico quarto, ſi iuxta communiorem opinionem, & in praxi præferri ſolitam, ius Re- gis probabilius ſit, tenetur Fiſcalis tale ius proſe- qui, etiamſi ipſe iudicet opinionem contrariam eſſe veriorum. Probat; quia in eo cauſa priua- tus quiſque litem intentaret, cum ſcilicet pro ſe communiorem, & praxi roboratam opinionem haberet, & Aduocatus quiſque ad tale ſe patro- cinium offerret; ergo & Fiſcalis pariter facere poteſt; quia cauſa Regis non debet eſſe peioris conditionis, pro qua & ille Aduocatum agit, in- xtra dicta *num. 163.*

*Aſſerſio 5.*  
*ad reſtitu-*  
*tionem te-*  
*neri ob de-*  
*trimentum*  
*ex incuria*  
*ſubſequenti.*

167 Dico quinto: ſi ob incuriam Fiſcalis, aut malam ſui muneris adminiſtrationem, ali- quod Regius Fiſcus in ſuis directis iuribus patiat- ur detrimentum; Fiſcalis grauiter peccat, & ad reſtitutionem tenetur. Primum conſtat; quia officio deſt in re graui: ſecundum item; quia talis detrimenti cauſa eſt, quod vitare ex officio debuit, & ita ex obligatione iuſtitie commutati- uæ, cuius violatio obligationem reſtitutionis in- ducit, vt omnes fatentur, & de Aduocato ſpeciali- ter loquentes; quorum aliquos adducit Bonaci- na *Diſput. 10. circa 8. Decalogi præceptum, Quæſt. 3. Puncto 4. num. 7.* Videatur P. Leſius *Lib. 2. Cap. 31. num. 47.* qui *num. 41.* affirmat multos Docto- res id generaliter de Aduocato Fiſci affirmare. Et fanè videtur innegabile in cauſa, de quo loqui- mur; quando ſcilicet Fiſcus detrimentum patitur in ſuis directis iuribus, & in redditibus annuis, officiorum emolumentis, & iis omnibus ex qui- bus, ſecluſis pœnis, ſolet Regium patrimonium augeri. Ea enim ratione omnes ad reſtitutionem obligant Aduocatum, cuius negligentia, aut ma- litiã ius clientis perit: eſt autem Fiſcalis, vt jam diximus, Regius Aduocatus. De pœnis autem alia eſt ratio iuxta pluriſum Doctorem ſenten- tiam. Procuratorem enim, Fiſcalem ſeu Aduo- catum non teneri ad reſtitutionem pœnæ, quam Fiſcus per eius negligentiam amiſit, tenet P. Leſius *ſupra & cap. 13. num. 73.* alique à nobis ad- ducti *ſupra num. 69.* Ob eam rationem; quia officium eius non eſt curare vt Fiſcus multctis, & confiscationibus ditetcat; ſed vt leges ſeruentur,

*Sicut Adu-*  
*ocatus ge-*  
*neraliter.*

*Quid de*  
*pœnis Fiſco*  
*applicandis.*

& legum violatores puniantur. Quæ roboris quantum habeant, *citato loco* oſtendimus, & vt *ibidem* dictum ob grauium Doctorem ſic tenen- tium auctoritatem non poteſt non probabile iudicari. Illud tamen obſeruandum eſt aliud eſſe ob incuriam Fiſcalis aliquem ad pœnam non condemnari, aliud autem poſt condemnationem non adhibere curam, vt ea ſoluatur. In hoc enim ſecundo aliter iudicandum eſt iuxta Doctrinam etiam Doctorem, qui circa prius obligationem reſtitutionis non eſſe contendunt: quorum ratio eſt, Fiſcum non habere ius ad pœnam, niſi poſt ſententiam: ergo cum iam ſententia præceſſerit, ius habet directum: & ita eadem eſt ratio; quæ de directis aliis iuribus. Niſi forte aliqua pœ- na plus habeat terroris, quam efficacis executionis, ex iudicium voluntate probabilibus conie- cturis explorata. Sic videmus de pœnarum ali- quarum executione non agi, quæ adinſtar ex- communicationum ad terrorem videntur pro- clamata.

*Poſt ſenten-*  
*tiam rem*  
*eſſe certam.*

*Aſſerſio 6.*  
*circa cri-*  
*minum cu-*  
*randã pu-*  
*nitionem.*

168 Dico ſexto, circa criminum puni- tionem eodem modo peccare Fiſcales poſſunt, quo & iudices, de quibus dictum *Cap. precedenti*: & præterea in ſolicitatore Fiſci, miniſtro inquam ab illis electo; ſi videlicet tale officium vendant, vel alicui tribuant eum obligatione partiendorum emolumentorum; ex quo fit multas iniquas ex- tortiones fieri, & ſcandala non leuia generari. Eſt ergo non vnum in hoc Fiſcalium delictum, ſed concatenatio delictorum, ipſo cum tempore officii prorogata. Officiũ illud designari à Fiſcali poteſt, qui tamen illius dominus non eſt; quia nec proprii officii eſt dominus, cui illud annexum eſt, ſed Regis: vnde illud dare, aut auferre poteſt: qui ergo illud vendit, alienum vitæ vendit, & ſic manifeſtam iniuſtitiam committit. Sicut de venditione aliorum officiorum dictum *Titulo præ-* *cedenti cap. 5.* Deinde emolumenta, aut ſunt iuſta, aut ſuperexcedentia. Si primum, debentur Offi- ciali pro labore ſuo, & ita inique illi ſubſtrahun- tur: ſi ſecundum, maior eſt iniquitas. His ergo dies per ſingulos perpetratis, quantus poſt finem offi- cii criminum æceruus exurget? Væ talibus, ſi tales ſint.

*Officium*  
*ſolicitatoris*  
*Fiſci vendi*  
*non poſſe,*  
*neque emo-*  
*lumenta*  
*partiri.*

*Aſſerſio 7.*  
*circa obli-*  
*gatione cu-*  
*randã ſibi*  
*propagatio-*  
*nem in lu-*  
*ditis.*

169 Dico ſeptimo. Fiſcales Indici Præto- ri grauiſſimã obligatione conſtringuntur ad promouenda ea, quæ ad fidei propagationem ſpectant. Id clarum; quia cum obligatio iſta Re- ges Catholicos noſtros grauiter purgat, & pro- exoneratione conſcientiæ ſuæ multas condide- rint leges, varia reſcripta tranſmiſerint, quorum adimpletionis cura ad Fiſcales pertinet, ſatis compertum eſt officio illos deſſe ſuo in re gra- uiſſimã; & ſic leue eorumdem, dum eam leuiter tractant, nequit eſſe delictum. Si præſertim ex eo moueantur; quia aliqua ſunt expenſæ ex Re- gio ærario faciendæ, plus alienos denarios, quam Chriſti languinem, pro Gentilium ſalute effuſum, æſtimantes. In quo quidem Principis potius mundi huius, quem foras venit emiſſum Princeps pacis, quam Catholiciffimorum Hiſpaniarum, & Indiarum Principum Fiſcales eſſe comperiun- tur. Qualis ille, de quo Dom. Solorzanus *Lib. 4. Cap. 4. num. 80.* & in *Politica Lib. 5. Cap. 4. pag. 786. §. Pero ſi.* Sed ſunt fanè multi zelo Chri- ſtiano, & morum probitate laudabiles, de qui- bus

*Aſſerſio 8.*  
*Circa cu-*  
*ram Indu-*  
*rum.*

bus id poſſum teſtis oculatiſſimus pronuntiare. 170 Dico octauo. Fiſcales Indorum patro- cinium diligenter debent, & purè ſuſcipere, cuius defectu grauiter peccare poſſunt. Id cla- rum: quia patrocinium hoc per leges illis iniun- gitur, & circa miſerabiles perſonas verſatur, quas grauant multi, & ita Regio debent defendi præ- ſidio. Videatur Dom. Solorzanus *citato Cap. 6. num. 32. & ſeqq.* Quod ad puritatem verò ma- num atinet, reſiſta videtur comprobare: à miſeris enim & pauperibus quæſtum exigere in- humanum proſus eſt, de quo dictum alias. Illud tamen addendum, ſecluſo ſcandalo, poſſe ab In- dis muſcula aliqua recipi, quæ ſoliti ſunt li- benter offerre. Talis enim ſunt indolis, vt ſi obla- ta non admittantur, id ægrè ferant, & contriſten- tur, exiſtimantes ſe contemni, aut non amari. Vn- de & miniſtri ſacri, turpem quæſtum alias vehe- menter exoſi, hæc ſolent non repudiare muſcu- la, vt ſic dantium animos magis ſibi valeant conciliare. Quod ergo de paritate materiæ in munerum acceptione dictum. *Titulo præced. num. 22. & 23.* hic locum habet ſpeciali dicta ratione.

*Muniſcu-*  
*la ab eis*  
*dem accipi*  
*poſſe.*

CAPVT XX.

Miniſtri Togati qualiter grauare con- ſcientias ſuas poſſint, obnoxij dum ſunt Syndicatui.

Vbi de Proregibus aliquid.

Q Via nihil Syndicatu validius inter huma- na remedia ad iudices in officio continen- dos validè illius robur curatur infringi; ſed certe vbi humana intenditur declinari vindic- ta, in diuinam impingitur, præ illa comparabili timoris exceſſu formidanda. Pro quo ſit

§. I.

Circa falſo iurantes, & inducentes no- tande reſolutiones.

*Aſſerſio 1.*  
*Inauctio*  
*falſorum*  
*teſtium*  
*quantum*  
*malum, &*  
*qualis eo-*  
*rum reſus*  
*in Syndi-*  
*catu.*

171 Dico primo. Frequentior ſcopulus, per quem multorum ſolent conſcientiæ lethale pati naufragium; falſorum teſtium indu- ctio eſt. Circa huius criminis grauitatem nullum eſſe dubium poteſt, niſi forte an homicidio ma- ius; quod volunt multi, ſed de quo hic non eſt opus diſputare: vbi tantum grauiſſimum eſſe peccatum ſatis eſt affirmare, quod neque ipſi, qui committunt, ignorant, nec poſſunt, qui ad il- lud induxerint; ignorare; & nemo quidem eſt ita ſibi iniurius, & ſuæ oblitus dignitatis, vt ad peierandum apertè non vereatur inducere: ſit ta- men tacità ſuaſione, dum fauor petitur in eo, in quo niſi peierando, fauor eſſe nullus poteſt, & interuentoſes ſubmittendo, qui depoſitos mo- neant, aut etiam terreſtiant, ſi quidquam, quod poſſit incommodare, teſtificentur. Tanta enim ſecreti ſeruandi difficultas eſt, vt quidquid teſtes dixerint, cum eorum periculo propaleatur. Vn- de tueri ſe poſſunt communi doctrinã, quam poſt alios amplectitur P. Fragoſius *Tom. 1. pag. Theſauri Indici Tom. I.*

*Non teneri*  
*ad mentem*  
*interrogan-*

591. num. 342. quod ſcilicet teſtis iuridicè inter- rogatus non teneatur ad mentem interrogantis reſpondere, ſi ex proſtrato teſtimonio ſibi graue damnum immineat; quod quidem non eſt ne- ceſſarium certò ſcire, ſed probabiliter ſuſpicari. Vide P. Becan. q. 4. *de iuram.*

*is reſpondea*  
*re, qui-*  
*damnum*  
*immi.*

172 Ex quo videtur inducentes ad iuran- dum in fauorem maiorum huiusmodi poteſta- tem, poſſe à reatu culpæ lathalis excuſari: quia tantum inducunt ad id, quod ſine graui peccato fieri poteſt. Quod ſi ſi, qui iuraturi ſunt, minus intelligentes ſunt, & cum conſcientiã mortalis culpæ credantur eſſe dicturi, inſtrui certè poſ- ſunt, vt credant ſe in hoc mortaliter non pecca- re, ad ſuam, & non ad interrogantis mentem reſ- pondendo. Quod quidem ipſi libenter admittent; cum vix ſit, qui contra potentes non teſtificetur inuitus: vnde modo inuento conciliandi cum iu- ramento conſcientiam, ſine cordis anguſtiis ad deponendum accedent, vt qui gratiam etiam ex hoc potentium aucupentur. Terreſtiant autem, ſine graui peccato stare poteſt, ſi minã non ad effectum, ſed ad terrorem dirigantur. Et quia ſic minans id verè dicere poteſt, quod non à ſe faciendum ſit, ſed quod frequenter ſolet accidere; ſemper enim potentes patronis abundant, & ex amicorum, vel cognatorum offenſione graue a- liquid timere poteſt; quod ille contra quem ſuit depoſitio, valeat euitare. Diebus his proximis Clericus tabellionem in publico ſui officij loco, & multis aſtantibus fuſte cecidit, quia patrum ſuum, Regium Auditorem, recens mortuum, neliço quo teſtificationis impulſu, vt ille eſt ra- tus, offenderat. Et quis ad hæc non timeat, & ſu- mantem naſum vni tentauerit vſq; Fateor magnum hoc ad iuſtitie adminiſtrationem obſtaculum. Sed cum illud vitari nequeat, curandum eſt, vt cum minoribus diuinæ Maieſtatis offenſis pera- gatur: & ita doctrina iſta debet attentius obſer- uari.

*Inducentes*  
*à mortali*  
*poſſe excu-*  
*ſari ex*  
*prædicta*  
*doctrina.*

*Et terre-*  
*ſtiantes.*

*Aſſerſio 2.*  
*Non con-*  
*trahi obli-*  
*gationem*  
*reſtituendi*  
*ex prædi-*  
*ctis reſiſ-*  
*tandi mo-*  
*do, etiam*  
*pœna Fiſco*  
*applicanda.*

173 Dico ſecundò. Ex modis deponendi præſatis non oritur obligatio reſtitutionis, eò quod pœna Fiſco applicanda, non ſoluatur. Et quod ad poſtteriorem ſpectat deponendi mo- dum, cum in eo iniuſtitia non ſit, ſed ſine pec- cato stare poſſit, manifeſtum eſt non oriri reſti- tutionis obligationem. Quando autem falſa de- poſitio ſit, ſententia illorum locum habet, de qua. *num. 167.* & potiori quidem ratione, nam teſtis non tenetur ex officio ad deponendum, ſi- cut tenentur illi, de quibus dictum. Licet op- poſitum boni tueantur Auctores, ex quibus So- rus *de iuſtitia Quæſt. 6. Arr. 6.* Videantur tamen pro contrariã de teſte ſpecialiter loquentes Bo- nacina *Diſp. 10. Quæſt. 3. Puncto 2. num. 23.* in ſine Nauarrus *Cap. 18. n. 48. P. Vasquez, 1. 2. Diſp. 175. Cap. 2. P. Thomas Sancius in Opere morali lib. 2. Cap. 22. num. 22. & 23. P. Galpar Hurt. diſp. 4. de iudicio forenſi, diſſicili. 6. P. Turrianus de iuſtit. diſp. 52. num. 6. Ioannes de la Cruz in Di- rectorio conſcientiæ Parte 1. Præcepto 8. Arr. 1. dub. 6. Malderus 2. 2. Tract. 6 diſp. 2. dub. 19. §. dico ter- tiò. Diana Parte 3. Tract. 5. Reſolut. 101. P. Leſius *Lib. 2. Cap. 31. num. 50.* vt alios omittam. Si autem de iure tertij agatur, quod ille contra Togatum in iudicio proſequitur, quia ſcilicet a- liquid ſibi deberi contendit, quod reuera ita eſt, tunc*

*Secus ſi de*  
*iure tertij*  
*agatur, &*  
*ſalſo iure-*  
*tur.*



tunc falſo iurans, ex cuius iuramento tertius dicitur in cauſa cadit, & debitum amittit, ad reſtitutionem tenetur, quia eſt damni illius cauſa, vt communiter Doctores cenſent, & citati affirmant; viderique poteſt P. Leſſius Cap. 30. dubio 7. Bonacina ſupra. Puncto. 3. num. 15. §. ex dictis. Baſſæus V. Teſtis num. 10. P. Sancius Tom. 2. Conſiliorum lib. 6. Cap. 5. dub. 21. n. 1. P. Hurtadus diſp. 3. diſſicult. 5. qui ait omnes in hoc conuenire.

Probabiliter pars oppoſitum affirmari.

174 Verum ex doctrina P. Leſſij Cap. 30. num. 60. videtur probabile eſſe ad reſtitutionem non teneri: quia teſtis non tenetur ex iuſtitia dicere veritatem, niſi illud promiſerit, ſed ex obedientia, vt idem oſtendit §. Antecedenti: Nemo enim poteſt dare ius ad ſuſtiones liberæ alterius, niſi qui earum eſt dominus, qualis non eſt iudex reſpectu teſtis actionum. Quæ ratio ſatis eſt vrgens, & licet in fine ſic addat: Hac dixerim non omnino aſſerendo, ſed diſputando, vt res illa à viris doctis magis examinetur: alioquin mihi ſententia magis recepta eſt cordis. Inſtitio tamen illius §. abſolute affirmat eſſe probabile, dum ſic ait: Reſpondeo probabile eſſe non teneri ex iuſtitia, ſed ſolum ex obedientia. Et. Quod autem viro tanto probabile viſum eſt, quis audeat vt improbabile condemnare? Quod ſi communiter Doctores teſtem falſum ad reſtitutionem obligant, id eſt, quia communiter etiam teſtes promittunt ſe dicturos veritatem, ex quâ promiſſione iuramento firmatâ ius conferitur iuſtitia parti, in cuius fauorem debet teſtis iurare, vt videtur ſupponere P. Leſſius. Quamuis & hoc non ſit ita certum, vt oppoſitum non ſit etiam probabile, etiam quando promiſſio eſt acceptata, vt affirmat idem P. Leſſius. Cap. 18. num. 54. nonnullos pro ea Auctores adducens, ſicut & Diana Parte 2. Traſt. 17. Reſolut. 9. alios congerens. Quod autem iuramentum additum, ius propriæ iuſtitia non conferat, probabiliter cenſet idem P. Leſſius Lib. 2. Cap. 17. num. 25. & 26. vbi communem illam doctrinam adducit, iuramentum ſequi naturam contractus, quam habet, ex natura rei. Quod ſi ibidem promiſſionem acceptatam, & iuramento firmatam, ius iuſtitia conferre ait, non id ex iuramenti adiectione deducit, ſed quia ex acceptatione ius tale reſultat. Vnde promiſſionem non acceptatam ex iuſtitia non obligare aſſerit, etiam ſi firmetur iuramento. Quod & tenent alij adducti à P. Sancio Lib. 3. Operis moraliſ Cap. 12. num. 4. nullam ex iuramento obligationem iuſtitia agnoſcentes, neque ex natura ſua neque ex iuris diſpoſitione. Pro quo & plures citat. n. 17. Non videtur ergo negari poſſe modum iſtum dicendi eſſe probabilem.

Si teſtis non promittat de care veritatem.

Immo ex promiſſione poſſit stare probabilitas poſſit.

Nullam ex iuramento obligationem iuſtitia reſultare, unde neque circa promiſſionem.

Contrariam de obligatione falſi teſtis eſſe receptiſſimam. Sed cum diſtinctione circa illam videri loquendum.

175 Sed quia doctrina generaliter falſos teſtes ab obligatione reſtituendi contra communem videtur eſſe Doctorem ſenſum, ac fidelium perſuaſionem, ſicut & id eſſe probabile, quod tamen Iulius Clarus cum aliis tenet inſra. Cum diſtinctione mihi videtur eſſe loquendum: aliud enim eſt teſtem falſum teſtimonium dicere contra aliquem, propter quod damnum conſiderabile ſublequatur; aliud tantum tacere veritatem, quâ poſſit damnum eius vitare. In priori caſu pro certo habendum obligationem reſtitutionis exiſtere, quia poſitiue eſt cauſa damni mendacio ſuo, illius compenſationem impediendo: vt qui

donare volentem ab eâ voluntate retraheret mendacio aliquo, fraude, aut dolo, vt communiter Scriptores; licet enim mendacium ex ſe contra iuſtitiam non ſit, eſt tamen contra iuſtitiam eo vt ad tollendum ius, quod habet proximus ad habendam donationem, quemadmodum etiam ſi mulier viro petenti debitum, reſpondeat ſe eſſe infirmam, cum non ſit, contra iuſtitiam peccat, licet mendacio vtatur: quod contra iuſtitiam non eſt: quia vir iuſtitia ius habet ad petendum, & vt redditio fraudibus non impediatur, vt impeditur in caſu dicto: vigeret enim executionem, niſi mendacio ab eâ prohiberetur. Sic ergo ſi teſtis interrogatus an ſciat Petrum Auditori tale aliquid commodate; reſpondeat id eſſe falſum, quia tempore traditionis aſſignato Petrus erat abſens; abſque dubio ad reſtitutionem obligatur, quia damni cauſa eſt, perurio ſuo recuperationem rei commodatæ proſus impediens. Quamuis Iulius clarus lib. 5. receptarum ſentent. §. Falſum. num. 19. id de foro conſcientia negat, pro quo adducit aliquos, quod & ait ſequi communiter Doctores. Contra quem inſurgit P. Molina Diſp. 700. num. 4. qui non bene ait illum aſſeruisse ſententiam ſuam eſſe contra omnes, cum & aliquos citet pro ea, & addat ſequi communiter Doctores.

Exemplo rei declaratur, & vt reſpondeat, vt falſum dicens omnino tenetur.

Quidquid aſſerat Iulius Clarus.

Et tacita veritate non oriri obligationem reſtitutionis. Vbi de ſurgente, ne teſtificetur.

Et de eo, qui iuravit ſe illam dicentur.

Bonacina.

Card. Lug.

Nota de doctrina in ordine ad praxim.

176 In ſecundo autem caſu alia eſt ratio, quia tantum tacere non eſt cauſam ita dare Domino, vt tacenti penitus imputetur; ſic enim valde probabile eſt, ſcientem aliquid, & ne teſtificetur, fugientem, non peccare contra iuſtitiam, neque ad reſtitutionem teneri, etiam citatum per miniſtrum Iudicis. Quod tenet P. Leſſius ſupra. num. 59. non eſſe improbabile: ſicut verius, & probabiliter num. 58. poſſe occultare ſe, aut fugere priuſquam iudicis præceptum, aut citatio ei legitime denuntietur: quod & tenent plures, quos adducit, & ſequitur Bonacina ſupra Puncto 3. n. 12. qui num. 14. citat P. Leſſium, tamquam abſolute aſſerentem, teſtem, qui iuravit ſe dicturum veritatem, non teneri ex iuſtitia illam dicere, cum tamen Pater Leſſius contrarium teneat, vt vidimus, datis eiſdem verbis. Sic autem illud reſert citatus Auctor, vt non videatur improbabile iudicare, tantum enim ita ſubdit: Sed contrarium tenendum eſt, quia hoc iuramentum eſt promiſſorium: ex iuramento autem promiſſorio conſurgit obligatio iuſtitia. Sic ille: vbi & ſimplex negatio tantum indicat ſententiam aliam præferendam; & fundamentum, cui innititur, tantum eſt probabile, vt vidimus. Sed maiori cum reſolutione loquitur Cardinalis Lugo, Tom. 2. de iuſtitia diſp. 39. ſect. 1. vbi tamquam veriore amplectitur, & defendit ſententiam dictam cum P. Molina, & P. Raynaudo. Nam ille id expreſſe tenet Diſp. 83. §. de reſte. & Diſp. 700. num. 4. Hic de Monitoriis Part. 2. Cap. 3. Quæſt. 24. Contrarium tamen inter alios tenet P. Sancio citato Cap. 5. Dub. 3. n. 4.

177 Vt ergo iurans ab onere reſtitutionis liberari poſſit, quod ſemper procurandum, quia grauiffimum eſt, & pauci ad hoc induci poſſunt, ne in damnationis ſtatu perpetuo relinquatur; in primis videat ipſe quale onus ſupra ſe pergat imponere, & doctos conſulat, vt ſi peccare ſtatuerit, minus peccet; quando autem non ita fatum,

etiam, verosimiliter dici poteſt omnem iuramentum falſo ita eſſe affectum, vt minus quantum poſſit conſcientiam grauet; & ita iuramentum dicere veritatem, non verè promittere, etiam ſi promittendi voce vtatur: cum enim de obligatione imponenda agitur, iuramentum ſtrictè eſt interpretandum, vt minus grauet: videatur P. Vincentius Tancredus de Religione pag. 513. num. 8. & ita etiam ſecundam ſententiam communem de obligatione iuſtitia ex promiſſione orta, non tenetur ex iuſtitia. Quia verò ſententia negans obligationem iuſtitia ex promiſſione etiam eſt probabilis, probabiliter etiam obligatio reſtitutionis ceſſat, etiam ſi tertio damnum inde ſuperueniat, impedimentum ſcilicet ſuum debitum recuperandi; quod quia ex merâ negatione reſultat, non videtur moralis teſtificationis effectus; quandoquidem ex officij obligatione non prouenit, quidquid de obligatione Charitatis ſit, quam communiter Auctores agnoſcunt.

Iuramentum ſtrictè interpretandum vt minus obliget.

§. II.

De induſtione teſtium ſpeciali, & obligatione reſtitutionis ratione illius.

Stylus in Syndicatu quorundam potentiorum.

178 Cvm ij, qui potentes ſunt, æmulos etiam ſoleant habere potentes, frequenter in Syndicatus, & viſitationibus accidunt, vt dum aperte proſequi accusationem reſugiunt, vel quia nequeunt, vt Auditores erga Proreges; vel quia nolunt ob humanos reſpectus; alium auctorem ſupponant, qui proprio nomine id faciat, cum tamen ipſi præcipui actores ſint, & totum teſtimium, & capitulorum apparatus cum plenâ ſuppoſiti accuſatoris inſtructione diſponant. Vbi in primis dubitari poteſt, an Togatus, cui accuſatio iſta interdicitur, peccet grauiter eam occultè modo prædicto proſequendo. Et videtur abſque dubio, ſecluſis aliis, de quibus ſtatim, id licitum non eſſe, & grauiter in tali proſecutione, aut perſecutione peccare. Nam modus ille valde contrarius muneris eius eſt, & contra ſtylum, quem Rex, & leges in talibus cauſis ſeruandum eſſe determinat; odiis, ſimulatibus, ſcandalis, & multis aliis inconuenientibus obnoxius. Nec zelo ſe iuſtitia tueri poſſunt: quandoquidem ea, de quibus accuſationem inſtrunt, Regio poſſunt Conſilio ſcribere, & Regiam pro remedio adhibendo prouidentiam implorare. Ad quod quidem iuramento ſe, cum officij poſſeſſionem acceperunt, ſicut ad alia, quæ remedio indigeant, obligarunt. Quod ſi non ita fuerint conſecuti, vt eorum zelus extat, Deo id remittant iudicum omnium Iudici, & Principi Regum terræ, quo iudicante nil inultum remanebit.

Punitum à iudice reſuſcitantem in Syndicatu.

179 Iam ſi ad accuſationem dictam eum ſupponant, qui punitus, & incarceratus eſt à Principe, vel iudice; repelli quidem vt inimicus à Iudice ſyndicatus poteſt, per adducta à P. Fragoſo Tom. 1. pag. 933. in fine. Nuper autem admiſſus, quia pars in eo noluit inſiſtere, ne cauſa ad ſupremum Conſilium indiſcuſſa deuolueretur eò ſe conferente, qui reſpuſus fuiſſet. Quisquis autem ſit, ſi de rebus, quas oppoſiturus eſt, plenam notitiam non habeat, ex eâ par-

tè vtriuſque graue peccatum apparet. In re enim adeo graui, & parti contraria quaſtuofa, vbi de honore, & facultatibus agitur, quæ nimum quantum ſolent in deſenſione proluxa conſumi; in fide alterius procedunt, & ita cæco modo parati exequi, quidquid viſum fuerit promotori. Si autem ſufficienter inſtruxiſſet, & inſtrumentis, aut teſtibus poſſit cauſam proſequi, ita vt falſitas nulla admittatur, ex eo præciſe, quod Togati inſtrumentum eſt, grauiter peccat, cum peccare principalem actorem ex dictis conſtet. Quod aliunde oſtendi poteſt: ex eo ſcilicet, quod magnis ſe periculis exponat. Vnde cum in quodam regni huius Prætorio quidam ex iſtis noctu inuentus cum armis vetitis fuiſſet, ſub pœnâ mortis, ex eo pœnam euasit quod licentiam ſe ad id Gubernatoris habere teſtatur eſt, quam ille propterea dederat, vt eius ſecuritati prouideret. Sed ſatiùs fuiſſet iubere illi, vt ſe domi noctu contineret, ſic enim maior illi ſecuritas obueneret.

Notitia eadem reuſentem non poſſe ſupponi.

Et habentem etiam grauiter peccare.

Qui oculatus teſtis eſſe non poteſt, an à Regio Auditor inſtructus, & credens remitti ſe habere, iurare in Syndicatu poſſit.

Perſona ſide digna credens iurare poſſit.

Sicut et prudenter id eſſe ſibi perſuadens.

Negatiue reſoluitur, quia in iudicialibus e a doctrina non currit, cum requiratur præſentia.

180 Quia verò difficile valde eſt, pro omnibus, quæ opponi Syndicatu, aut viſitato poſſunt, oculatos teſtes inuenire (falſa enim aperte opponere, cauteriatæ nimis conſcientia eſt, & à miniſtri Regij in ſublimi dignitate conſtituti intentione penitus alienum) res ita diſponi poteſt, vt vocentur teſtes, iuraturi quidem verum, ſed quod ipſi non viderint, & de quo nequaquam teſtari poſſunt. Formido enim eiſdem eximitur, dum auctoritas Togati pro veritate interponitur, & forſitan etiam ſcrupulus conſcientia tollitur, quaſi liceat teſtari id, de quo vir primarius plenam ſe habere notitiam affirmat, & forſitan iurabit ille rem ita ſe habere, vt & iurare ſic audeat minimè aliàs oculatus. Vbi fortassis erit qui dubitet, an hoc aliqua viâ fieri poſſit? & videtur poſſe affirmatiue reſponderi, ex iis, quæ habet Dom. Solorzanus Tom. 2. lib. 2. Cap. 7. num. 48. & 49. Vbi ait talem poſſe eſſe perſonam aliquid affirmantem, vt eius ſola aſſertio ad omnem ſcrupulum deponendum ſufficiat, quia etiam dicimur aliquid ſcire, quando ſumus informati, & certificati ab aliquo viro notabili, & fide digno. Cap. de Capitulis 10. diſp. Pro quo & Doctores adducit; maximè cum in teſtimoniis etiam iudicialibus, in quibus ſtrictius proceditur, videamus aliquando perſonæ fide dignæ etiam ſoli credi; & quod amplius eſt, etiam ſi deponat ſine partis citatione: per Doctores ab eodem adductos. Accedit communis doctrina, de qua P. Sancio lib. 3. Operis moraliſ Cap. 4. num. 10. ad iuramentum aſſertorium ſatis eſſe, vt iurans ita rem ſe habere arbitretur prudenter, & non leui coniecturâ ductus, ſed certâ, aut verosimili, aut probabili, ac proinde ſecundum iudicium iurantis conſentaneum rationi, ſiue id à parte rei verum ſit ſiue non.

181 Sed hæc nullo modo in cauſa præſentis ſufficiunt: nam in iudicialibus teſtes tantum per dictum qualificatæ perſonæ certiorati, teſtificari nequeunt, ſed præſentia requiruntur: Pro quo ita ſcribit Beatiſſimus Calliſtus Pontifex in epiſt. 2. ad Episcopos Gallia & habetur in Cap. Teſtes. 3. Quæſt. 9. Teſtes per quantumque Scripturam teſtimonium non ſerant, ſed præſentes de iis, quæ nouerunt, & viderunt veraciter, teſtimonium præſerant, nec dicant de aliis cauſis, vel negotijs teſtimonium.